



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

183. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Burchard. lib.
9. c. 1.

Juncta uxor est viri, quia non omnis filius heres est patris. Itaque aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, & aliud libera. Ancillam itaque à thoro abicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugij, sed profectus honestatis est. Dubium enim non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium. Nisi fortè illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicè nuptiis honestata videatur.

Ut de captivitate venientibus maritis uxores propriæ reformentur. *Ex epistola Leonis.*

Decreta Leonis I. c. 42.
Burchard. lib.
9. c. 55.

CLXXXII. Quòd debeant feminae quæ captis viris & in captivitatem ductis, aliis viris nupserunt, putantes interemptos maritos, reversis de captivitate prioribus viris copulati, ut cuique id quod legitimè habuit reformetur, & recipiat unusquisque quod suum est, & redintegrentur fœdera nuptiarum.

De eadem re. *Ex eodem.*

Decreta Leonis I. c. 43.
44. 45.
Burchard. lib.
9. c. 56.

CLXXXIII. Quòd non probatur esse culpabilis qui uxorem capti in matrimonio videtur esse fortitus. Et si viri de captivitate regressi, intemperantia uxorum offensi non fuerint, & voluerint eas in conjugium recipere, liberam habeant facultatem. Et si mulier ad priores maritos redire noluerit, posteriorum virorum amore capta, ecclesiastica communione privetur.